

Tandem altera laudatur Syriaca Verio per
Mar-abba; (m). Sed ex Græco adornatam
constat.

Multò vetustiorem alteram, itidem ex
Græco adornatam, Masius [n] obtinuisse
dicit, additque viros sibi Libros Josue, Ju-
dicum, Regum, Paralipomenon, Esdræ,
Judith, Tobiae & Deuteronomii, Syriacis
literis ex Græco traditos A. J. C. 615. ex-
pressosque ex Codicibus ab Origene emen-
datis; in quibus Libris, inquit ille, nihil
desideratum ex obelis & asteriscis ab eo-
dem Authore adscriptis. Cum verò diu

Tandem altera laudatur Syriaca Versio per Mar-abba s (m). Sed ex Græco adornatam constat.

Multò vetustiorem alteram, itidem ex Græco adornatam, Masius [n] obtinuisse dicit, additque visos sibi Libros Josue, Iudicum, Regum, Paralipomenon, Esdræ, Judith, Tobiae & Deuteronomii, Syriacis literis ex Græco traditos A. J. C. 615. expressosque ex Codicibus ab Origene emendatis; in quibus Libris, inquit ille, nihil desideratum ex obelis & asteriscis ab eodem Authore adscriptis. Cum verò diu conquisitis Exemplaribus iis, ne unum'quidem reperisse contigerit, suspicio ex ea re quædam in Masi fidem creatur. Arduum est etiam obelos & asteriscos ex Græco in Syriacum, adeò inter se discrepantes linguas, transisse. Porrò hoc Masi, viri aliqui ingenui & erudití, testimoniū viris in linguis Orientalibus doctissimis negocium facit.

etiam lectionem sequitur Apostolus Eph. 4. 8. Possent alia plurima nec levioris momenti congeri, cum vel in singulis Psalmis quædam occurrant; sed hæc ad specimen sufficiant.

Inscriptiones Psalmorum, quæ in Hebræo & Septuaginta leguntur, desunt ferme omnes in Syriaco, aliis planè diversis subrogatis. Nullius tamen sunt authoritatis; nec nisi post inventam fidem Christianam adjectas ex eo intelligimus, quod Psalmos plures Jesu Christo ejusque Ecclesiae vindicent. In numero versiculorum à dividendi Textus ratione Syriaca Exemplaria sæpissimè ab Hebræo variant; quemadmodum Septuaginta pariter & Vulgata ab Hebræo & Syriaco non semel discrepant. Et meritò id quidem, cum & Textus Hebræus varijs patiatur sensus, nec ullà unquam ratione ad certam aliquam lectionem & punctuationem determinatus fuerit.

Inter Textum Hebraicum & Syriacam
Translationem variantia plurima deprehen-
duntur, è variâ legendi eundem Textum
ratione omnia fermè derivata, ut argu-
mento sint apertissimo, Opus illud ante
constitutam lectionem Hebræi per voca-
lia puncta, adornatum fuisse; quare san-
cta vetustatis venerabile Exemplar re-
putandum est. Sed modò quædam ex his
variantibus delibanda.

Paraphrases Chaldaicae.

In assignanda Paraphrasum Chaldaicorum ætate, varia est Criticorum sententia; sunt qui ante Jesum Christum; qui à Jesu Christo, vel à secundo Ecclesiæ saeculo repetant. Nullum certum terminum alii statuerat, obtinuisse defendant post S. Hieronymum & post Talmudem (o). Constat equidem neque Origenem, neque S. Epiphanium, ac S. Hieronymum illius meminisse unquam, nec nosse; sermonem in illis haberi de Turcis & Urbe Constantinopoli, quorum nomina Jesu Christi ætate ne audiri quidem adhuc contigerat. Nec magis eâ de re inter Judæos convenit (p). Optimæ omnium & vetustissimæ sunt Paraphrases Onkelos in Pentateuchum, & Jonathan filii Uziel in majores Prophetas. Priori flunt stilo & magis ad Chaldaici illius indolem, qui in Daniele & Esdra paret; breviores sunt etiam & exactiores quam Paraphrases in alias Libros (q): quod majoris præ illis vetustatis argumentum est apertissimum.

Paraphrasis in Psalmos Author creditur
Josephus Cæcus, quod ab aliis tamen ne-
gatur (r); atque inferioris notæ & mi-
nus exacta censenda est, quam quæ sive
in Pentateuehum sive in majores Prophetas
leguntur. Porro Joseph Cæcas (s) profes-
or fuisse in Academia Sorœ trans Euphra-
tem fertur. Visu carebat, at sapientia
affuebat plurimum, ut à Judæis gloriose
titulo Sabinabar, magnum lumen, donare-
tur; dictus etiam Sinai, quod scilicet
Traditiones omnes nosset Moysi in Mon-
te Sinai commissas.

Paraphrasis in Psalmos, cujuscumque tandem Authoris Opus habenda sit, tota Rabbinorum interpretationibus & dogmatibus scatet; eorum Traditiones sequitur, & eas maximè quæ tempus scripti Psalmi, quale à Rabbinis constituitur, designant. Credit e. g. Author, Psalmum 90.

Morin. Exer-
cit. Bibl.
exerc. 8. c. 2.

१.३ दृष्टि
२.८ वा ३
३.७८४
४.८०.८५
५.८८८.५
६.९८८.३

juxta Hebreos vel 89. juxta Vulgatam
Moysi in Originali inscriptum, genuinum
esse ejusdem Legislatoris; sicut & alios no-
mina filiorum Core præferentes in titulo,
ab iisdem è patris infortunio servatis scri-
ptos. Tandem nullam rejicit ex fabellis &
deliramentis Judæorum.

In illud Psalmi 21. 17. Federunt manus meas , variant Exemplaria Chaldaea . In Complutensi tantum legitur : Monorderunt manus meas & pedes meos . In Anglicana : Momorderunt quasi leo pedes meos & manus meas . Et in Psalm. 49. 11. 12. Editio Complutensis ita legit . Mea sunt omnia animalia terrestria nemorum , & preparavi iustis in horo deliciarum animalia mundi & boves sylvestrem , qui pascitur quotidie montes mille ; cognovi omnia volatilia agri , & gallus sylvester cantat coram me . Plus aliquid addit Paraphrastes in Anglicana : Gallus sylvester , cuius pedes quiescent in terra , & cuius caput attingit Cælum &c. Spectat autem ad fabellam in Thalmud decantatam de convivio à Domino iustis in altera vita parato , dapibus ex eo tauro instructis , qui singulis diebus mille montium herbis pascitur , & Phasiano , cuius procerum caput ad Cælum usque porrigitur .

S. I I

Geminis obtinere apud Christianos
Orientales Arabicas Versiones V. T.
alteram ad usum Ecclesiae Antiochenae,
alteram Alexandrinæ, Valtonius Proleg. 14.
§. 18. testatur. Utraque è Septuaginta ex-
pressa Christianos habet Authores. Illa-
rum Exemplaria reperisse se in Bibliotheca
M. Ducus Etruriæ autumavit Cornelius à Lapide in argum. Comment. ad
Proph. Min. sed D. Abbas Rénaudot (t)
in publico Ecclesiae Alexandrinæ Officio
receptam esse asserit linguam Græcam, &
Versionem Septuaginta; extra usum verò
Ecclesiae alteram illis suppeteré Versionem
Arabicam, ex ipsis Septuaginta ex-
pressam. Addit insuper, Græcos Antio-
chenos vel Syros Melchitas publicis usi-
bus habere Syriacam Versionem, privatis
verò Arabicam, ex Syriaco; quam proinde
Arabicam Versionem multum ad Hébreum,
unde Syriaca Versio repetitur, accedere
necessè est. Biblia Arabica publici juris
facta in universam Scripturam, nec unius
Authoris, nec unius Operis sunt; Ama-
nuenses enim sive Impressores ex plurium
ramentis unam procuderunt, interpolatam
etiam à se quandoque & corruptam; ni-
hil morati an unius esset vel plurium, an
ex Originali Textu expressum Opus, vel se-

cus. Factum inde, ait Pocokokius Praefat. in Polyglotta Londin. Tom. 6. occurserunt sub inde Librum ex Graeco, & alterum deinde ex Syriaco sive Hebraeo expressum. Habere etiam Judaeos suis usibus Translationem aliquam Arabicam Simonius testatur (*u*). Verum neque Christianorum neque Judaeorum opera, nec vetustate ac Difserit. Calmet. Tom. I.

proinde nec auctoritate plurimum praestat.
Ex quo enim obtinere desit lingua Syriaca, & populi Saracenicæ dominationis jugum subeuntes victoris populi idiomatici assueverunt, Versionibus illis operam natavatam constat. Tradit etiam Hottingerus (x), Translationes Judæorum recentissimas esse, & non nisi post Abulfedam, qui saeculo 13. vel 14. Ecclesiæ florebat, obtinuisse. Scriptor enim ille de Libris Hebræorum sermonem habens, testatur, nullum adhuc suâ ætate Arabicis literis traditum fuisse; sed Scriptoris Judei mentem Hottingerus planè non assequitur; id enim tantum ejus verbis insinuatum est: nimirum Judæos Translationes suas Arabicas non Arabicis, sed Hebraicis characteribus scripsisse. Qua tamen in re falli Judæum constat, cum in Bibliothecis Exemplaria quædam Bibliorum Arabica ipso Abulfedâ vetustiora serventur.

Vasæus [y], & Mariana (z) adornatae narrant à Joanne Episcopo Hispanensi circa A. J. C. 717. Arabicam Bibliorum Versionem ex Hebræo, cuius plura Exemplaria suppetere adhuc in Hispaniis idem Mariana testatur. Sed hæc omnia uno initituntur testimonio Roderici Ximenii Archiepiscopi Toletani, defuncti A. 1208. qui illustratas Catholicis Commentariis Arabicæ scriptis Sacras Scripturas à Joanne narrat: Sacras Scripturas Catholicis expositionibus declaravit, quas ad informatiōnem posteriorum Arabicæ conscriptas reliquit.

y Hispan
Chron. ad 717
pag. 698. Hisp
illustrata.
z De Rebus
Hispan. ad an
737.

a Pr&fat. i
Pentat. Ara
hicum.

b Vide P. L.
Long, Biblioth.
Sacra c. 1
Sect. 5. pag
180.

c Ludol. Hist
Æthiop. c.4.

fundendus creditur cum *Frumentio* Apo-
stolo Æthiopie à S. Athanasio missio, tri-
buendam Æthiopes arbitrantur; eidenque
pariter vindicat *Martyrologium Abyssi-*
norum, in quo Æthiopicis literis traditas
ab ipso Scripturas legimus. Malunt alii
(d) novem primis gentis illius Apostolis
d' Epist. PP.
Societ. de an.
1607. 1608.
4. 15. pag. 28.

deputare; manentque in Libris Æthio-
picis verbus eam Versionem Æthiopicam
ex Arabico indicantes. Sed Ludolpho ea
sedet opinio, nimirum nomine *Librorum*
Sacerorum designari tantum Constitutiones,
& Canones Apostolorum, quas ex Ara-
bicus Exemplaribus desumptas constat. Pro-
fessò si de Libris Scripturae nomen illud
usurparetur, testimonium *Martyrologii* de-
ferendum credimus, cum S. Athanasii &
Frumentii ætate nulli adhuc Arabici Bi-
bliorum Codices noscarentur.

Consultum est igitur, si cum D. Abba-

te Renaudot (e), & D. Simone (f) ver-
sionem Æthiopicam nostræ ætatis deri-
vatum statuamus; ex Copticâ; quam cùm
ex Septuaginta desumptam confet, cur
Græco respondeat Æthiopicâ nemo jure
mirabitur. Scitum est sane post subjectam
jugo Mahometanico Ægyptum, Ecclesiam
Æthiopicam in jus Ecclesiæ Coptorum
in Ægyptio concessisse & ab illa pariter
Sacros Libros recepisse. Verbo Æthiopi-
ca Psalmarum, cuius interdum sententias
in medium adduximus, nihil habet obser-
vatione aliquâ majoris momenti dignum;
neque aliâ de causa à nobis laudatur,
quam ut certam statuamus quorundam
locorum Septuaginta lectionem, simulque
demonstramus, ita pariter lectum in Exem-
plaribus, è quibus expressa Verbo Copticâ
sive Ægyptia, ex qua Æthiopicâ derivata
est.

e Apud P. Le
Long in Ad-
den. Biblio.
Sac. pag. 666.
f Hift. Critic.
V. T. Gallicè.

EXERCITATIO IN POESIM UNIVERSAM, ET HEBRÆO- RUM POTISSIMUM

D. ABBATIS FLEURY.

D. Abbas Fleury hanc Exercitationem pluribus ab hinc annis scrips-
erat, inferendam Operi, quod meditabatur, de Poesi Veterum.
Eadem nobis, pro ea qua est comitate, participans operâ nostrâ
publico tradendam concessit.
Nostram Sententiam de Poesi Hebræorum exposuimus in peculiari Dis-
sertatione insertâ in hac nostra Collectione, ubi Dissertationes ad
Exodus spectantes deditus.

Quemadmodum in rerum qui-
busdam articulis ad motus
minime simplices faciles-
que, saltandi, cantandi,
clamandi, naturâ urgente
impelli solemus; ita pari-
ter magnis quandoque
passionibus agitati ad ea ciemur, quod sed-
ato mentis oculo intuentibus audacia in-
figuris & similitudinibus, infusa in ser-
mone & exaggerata videntur. Quo verd-
impetu ad cantum movemur, eo pariter
ad servandas certas in sermonibus ratio-
nes ducimur; ut scilicet observatâ dimen-
sione syllabarum, harmonia & musicæ
numeris facilior cantus fluat & commodior.
Hinc versus, & cantilenarum rythmi,
sicut & grandiora illa verba, audaciores-
que figuræ, quæ maximè in carminibus
speculantur. Non est igitur cur vehemen-
ter miremur, si nulla unquam tempora,
nullæ per Orbem gentes poesios ignara,
quemadmodum nec cantandi & saltandi
reperiantur. Nec ipsi omnium confessione

a Theocrit. &
Bion.

speciat illud Isaiae 23. 16. Tyrias mere-
trices citharam pulsantes canentesque ad
vias Urbis perecurrentes invitantis.

Ad Ægyptios quod attinet, Musicam,
quo nomine etiam Poesis designatur, iam
inde à vetutissima ætate apud eas gentes
obtinuisse, summoque semper studio cultam,
veluti Religionis avita Legumque portio-
nem, ex Platone de Legibus lib. 2. docemur.
Tradit insuper, singula musica & chorea-
rum genera numinibus quibusdam ab illis
designata fuisse, certis constitutis diebus &
ceremoniis, quibus singula illa exercerentur;
quod apud illos inviolatum erat,
& sanctum adèd, ut si quis innovare ali-
quid tentaret, a Sacerdotibus tam viris
quam mulieribus implorata Magistratum
ope prohiberetur, impietatisque notâ re-
liquo vite spatio inureretur, siquidem per-
vicaciū obsteret.

Veterum omnium Orientalium scripta,
unde aliiquid de Poesi doceremur, omnia
præterquam Hebræorum intercedunt;
quare veteris apud eosdem Orientales Poe-
sis unum restat Sacra Scriptura specimen.
Eius lectione intelligimus consecratam ab
illis poësim usibus Religionis: & quam-
quam propheta apud illos carmina non
decessit, colligendum tamen nobis arbitra-
mur, eisdem obtinuisse penes hosce populos
qua apud Ægyptios, leges, sive illæ in
Ægyptu ex Hebreis derivatae fuerint,
sive ad utrosque ex eodem fonte deduc-
tae. Paria philosophari licet de ceteris
gentibus verutissima originis; Græcorum
enim Poesis maximum erat Religionis ejus-
dem gentis momentum, & in ipso sui exor-
dio tamquam sacram aliquid & Divinum
suspiciebatur.

Quidquid Poeticum habetur in Sacra
Scriptura, sive Cantica sunt, quibus varia
animi affectiones exprimuntur, vel sen-
tentiarum Collectiones, quibus instruiuntur.
Prolixum vetutissimumque Carmen exhibet
Liber Job, utriusque generis Poësim com-
pletens, cùm ed potissimum collimet, ut
insinuet, viros quandoque probos exerce-
re Deum, non ut puniat, sed ut probet
probatosque coronet. Itaque fusi in co-
stituuntur dogmata ad iustitiam, &
providentiam Divinam pertinentia, tum
ad premium virtutis & criminum poë-
nam, ac rāndem ad debitam iussionib[us]
Divinis submissionem præstandam, & bo-
na conscientia securitatem tuendam; ne-
que hec tantum, sed & vivida etiam tum
malorum Job cùm indignationis amicorum
ipsius pictura exhibetur.

Salomonis Proverbia, sicuti & Psalmo-
rum plures solas tantum moralis discipli-
nae regulas prescribunt; cùm vicissim fa-
nior pars Psalmarum & Cantica omnia
passim in Scriptura occurrencent intimos
animi affectus vel erga Deum vel erga
homines preferantur. Ad Deum pertinet
majestatis ipsius admiratio, laudes, obse-
quium, pro acceptis beneficiis gratiarum
relatio, implorata criminum venia, poslu-
lata quædam sive spiritus sive corporis
commoda: quæ scilicet quatuor omnium
firmè illorum sacrorum carminum argu-

mentum complectuntur. Pingitur etiam
dolor, gaudium, indignatio, ira, & aliæ
quædam passiones, sive ad ipsum qui lo-
quitur, sive ad alios homines sive pio-
sive impios pertinentes.

Porrò tam pathetica poësos ratio vi-
vidas plurimas figuræ & expressions exhib-
uisse credenda est; siquidem figurarum vis-
& stili non ampulloso granditas pas-
sionibus debetur. In eo igitur maxima
spectatur Poesis Hebraicæ gravitas, &
decor, ut nihil sit ejus generis, quod Lu-
cubrationes illas vel æquet vel superet.
Nihil in illis nisi figuratum, & crebrè ra-
ptimque aliam alia figuram excipit; nec
minus crebrè raptimque loquentum per-
sonæ alij alij substituantur.

Modò Propheta loquitur, statim Deus,
dein vir justus, vel impius, sèpè pariter
inanima, veluti montes & flumina, vocem
simil & sermonem usurpat. Quam expressis
coloribus Deus majestatis depingitur, Che-
rubicis affidens, & nubibus vestus, qui
uno oculorum suorum ielu terram concu-
tit, cuius furore ipsa montium fundamen-
ta quatuntur, qui profundum abyssi inque-
tur. Crebras adhuc Sacri Vates similitu-
dines, ex rebus maxime familiaribus iis,
ad quos directa carmina, deductas. Quid
enim, maximè in Palæstina, familiaris,
quam palmæ, cedri, leones, aquilæ? Non
est igitur, cur nostris ideis comparationes
illas mettamur, quod certum de earum di-
gnitate iudicium feratur; neque id confi-
tuendum, quasi singula verba ad similitudi-
nem referantur. Plurimum enim tota com-
parationis ratio ad unum tantum restrin-
gitur. Reliquis, quæ adjiciuntur, omnibus
non comparationi servientibus, sed rei,
unde deducta similitudo, sub oculis exhib-
enda. Dentes tui sicut greges tonfarum,
qua ascendunt de lavacro, omnes gemellis
fatuibus, & steriles non est inter eas, i. e.
dentes tui albi sunt decore micantes, equa-
les & ordine continuato.

Stilus adeo à prosa oratione abhorret,
ut idioma plene diversum videatur. Qua-
re si quis forte tantum Hebraicas literas
calluerit quantum ad historiam satis, post
evolatam Genesim, cùm benedictiones Ja-
cob legerit, nihil proorsus assequitur; ni-
hilque ex Libro Job, præter exordium &
exitum, tenet.

Hujus rei in causa sunt voces alia plene
in soluta, alia in adstricta oratione fami-
liares, sicut & frequens metaphora atque
audacior usus; Syntaxis etiam irregularis,
qua verba plurima à legentibus sup-
plenda resescantur. Est etiam stilus repeti-
tionibus redundans, ut eadem geminata &
diversa verborum circumlocutione repeatan-
tur. Misericordiam tuam; & secundum multi-
itudinem miserationum tuarum dele iniqui-
tatem meam (b). In reliquis etiam ejus-
dem Psalmi eadem species. Id autem sibi
præstandum duebant, quod singuli con-
ceptus commodius degustarentur, sive quod
Cantica dupli choro alternarentur, sive
aliâ quadam ex causâ.

Quidquid tamen sit, repetitiones illæ
aper-